52

Alii petunt Mesichitam — pretiosam sihemate.
Mille truncant sacerdotes — qui erant Machumate,
Cuii fuit heresiarcha — potentior Arrio,
Cuius error iam permansit — longo mundi spatio.

Alii confundunt portam — factum mirabiliter,
Darsanas et omnes turres — profundunt similiter.
Mille naves traunt inde — qua circumdant litore,
Luorum incendium Troie — fuit vere simile.

Alii irrumpunt castrum — atque turres diruunt;
Equos regios et mulas — omnes interficiunt.
Aurea vexilla mille — traunt et argentea,
Auc in Pisa gloriosa — sunt triumphi premia.

Concurrentes perveniunt — ad illud palatium,
Mille passuum ut credo — qui tenebat spatium;
Quinquaginta cubitorum — murus latitudine;
Erat idem quater tantus — murus altitudine.

Super hunc pervere turres — ad nubes altissime,
Ubi vix mortalis homo — iam possit aspicere.
Scale facte circumplexe — faciles contendere [1]
Ubi nullus neque valet — neque scit ascendere.

Multitudo paganorum — hoc tenebant castrorum;
Nam cassandi sic appellant — hoc tale palatium.
Quod Pisani circumfusi — contendunt destruere
Sed lassati iam non audent — hoc tale confundere.

Etiam isti fatigati — pausabant in requie.
Ipse rex Mirelly — pacem capit potare.
Donat auri et argenti — infinitum pretium;
Ditat populum Pisanum — atque Genuensium.

a/ potensior ood.

[1] forse leg. concendere.